37

dicens: heu heu succurrite qui adestis et auxilium ferte pereunti; A quo
clamore expergefacti qui aderant interrogant quid hoc esset. Respondit
ille, ausanius amicus meus cum papianilla coniuge quos olim interfeci ad iudicium
me arcessebant dicentes. Veni ad respondendum quia causaturus es nobis
cum coram domino. Zelo enim ductus ante annos aliquos coniugem innocentem amicumque
opresserat. Igitur accedentibus episcopis ad memoratam urbem cum strepentes populi
seditionem ferre non possent. eum in ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponen
tes eum in arca et desuper sternentes vestimenta quae erant ad usum ecclesiae
Populus autem ingressus perscrutatur que universos ecclesiae angulos cum nihil
repperisset frendens egrediebatur. Tunc unus ex suspicione loquitur at
en arca in qua non est exquisitus adversarius noster. Dicentibus vero custodibus
nihil in ea aliud nisi ornamenta ecclesiae [illegible]neri. Illi clavem postulant
dicentes: nisi reseraveritis eam velocius ipsi eam effringimus. Denique rese
rata arca amotis linteaminibus inventum extrahunt plaudentes atque
dicentes. tradidit deus inimicum nostrum in manibus nostris; Tunc caedentes eum
pugnis sputisque perurgentes. vinctis post tergum manibus ad columnae
lapidibus obruerunt; fuit enim in cibis valde vorax. Sed quae sumebat quo ca
lerius ad manducandum commoveretur. Sumpto aloe velociter digere
bat; Sed et strepitus ventris absque ulla auditorum reverentia in publico
emittebat. hoc ergo exitu consummatus interiit;

Gravis eo anno et solito asperior hiemis fecit. Ita ut torrentes con
cati nimio gelo pervium populis tamquam reliqua humus praeberent. Aves
quoque rigore adfectae et fame absque ullo hominum dolo cum manu capi
erent nives magna capiebantur, A transitu hludouuichi usque ad tran
situm hildeberti conputantur anni triginta et septem viii, Mortuo
ergo theutberto quarto decimo regni sui anno regnavit theodoaldus
filius eius pro eo. EXPLICIT LIBER TERTIUS;

# INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUARTI. DEO GRATIAS. AMEN.

I De obitu hrothildis reginae, — V De hispanorum regibus.
II Quod hlutharius rex tertiam partem fructuum ecclesiis auferri voluit, — VI De obitu theodoaldi;
VII De rebellione saxonum;
III De uxoribus ac filiis eius. — VIII De levitate ac malitia hramni et de
IIII De brittanorum comitibus; — cautino ac firmino;